



Q.

I

A



Q. N. 362, 295



ADDITAMENTVM TERTIVM  
AD  
COMMENTATIONES BINAS  
DE NATALIBVS COMETARVM

---

INVITATIONI  
AD PANEGYRIN SOLLEMNEM  
SVB  
AVSPICIA PRAELECTIONVM ORDINARIARVM  
FINITIS FERIIS CEREALIBVS  
D. XIV. SEPT. A. MDCCCXXXIII.  
HORA VIII. MATVTINA  
IN ILL. GYMNASII ACROATERIO CONSVETO  
CELEBRANDAM

---

ET  
AD ORATIONES  
TRIVM IUVENVM EXCITATORVM  
DE  
TRIBVS SVMMIS GERMANIAE ASTRONOMIS  
BENIGNE AVDIENDAS  
PRAEMISSVM  
A  
IO. HENR. STVSS  
GYMN. RECT. ET SOCIET. REG. PRVSS. SCIENT. SOC.

---

GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.



## ΣΥΝΟΨΙΣ.

- |  |  |
|--|--|
| <p>I. <i>Abdiae Trew paradoxon circa theoriam cometarum.</i></p> <p>II. <i>Nonus lusus ingenii cometicus.</i></p> <p>III. <i>Observatio de agnitis cometarum quasi satellitibus.</i></p> <p>VI. <i>Cometae systematum mundi de-structores.</i></p> | <p>V. <i>Virum in sacra Scriptura cometarum fiat mentio?</i></p> <p>VI. <i>Virum ab Homero cometarum facta sit mentio?</i></p> <p>VII. <i>Inuitatio ad audiendas recitationes.</i></p> |
|--|--|



### I.

Specimen nuper dedi lusuū ingenii circa cometas, quod ad obtinendum propositum finem, vt nempe fictiones et fabulae cometicæ suo loco relinquuntur, neque exploratae veritatis obseruationibus aut ratiociniis miscantur, pro angustiis, quibus huiusmodi commentatiunculæ includuntur, cancellis, sufficere possent. Ad-  
dam tamen, vt nouo pateat exemplo, omni ferme tempore monstra opinionum produxisse cometas, miram illam, quam *ABDIAS TREW*, mathematicus olim *Altorfinus*, mentionem faciens libelli, ab auctore, qui se *Mercurium platonizantem* vocet, sub titulo, *Cometa malus genius*, scripti, suo ferme calculo comprobatur, sententiam: (a) nempe cometas a malo genio dirigi, quoniam a *PAVLO* *epistolæ ad Ephesios cap. II. v. 2.* diabolus dicatur *ὁ ἀρχὼν τῆς ἐξουσίας τῆ ἀέρος*, et *cap. VI. v. 12.* idem scribat, luctam nobis esse *πρὸς τὰς κοσμοκρατορίας τῆ σιότης τῆ αἰῶνος τῆς*, *πρὸς τὰ πνευμαλινὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπυρανοῖς*: fieri autem non possit, vt Paulus fatanae tam magnificos titulos sine re tribuat; proinde opera in regionibus caelestibus, respondentia hisce titulis, ei competere; qualia sint orbis terrarum per cometas terriculamenta, quibus imminentes humano generi calamitates malignus hic et maxime *ἐπιχαιρέμακος* genius denunciet, eosdemque, tamquam tropaea mox securaturae suae de miseris mortalibus victoriae, ostendet. En ipsa, ad satanicum hunc in cometa triumphum ante victoriam quod attinet, boni viri verba: (b) *Gleich wie man nun von den Türcken schreibt, wann sie*

a) In der gründlichen Beschreibung des zu Ende des Jahrs 1654. und im Anfang 1655. erschienenen Cometen. Nürnberg. 1655. p. 44. vbi discutit Quaestionem XVII. quae ita habet. Was ist von der Meinung eines gelehrten Mannes zu halten, da er dafür hält, die Cometen werden von den bösen,

gleichwie die neue Sterne von den guten Engeln zu wege gebracht, und in ihren Lauf regieret.

b) Lib. cit. p. 45. Neque vero mirandum, talia scripsisse vitum, qui animi sui characterem satis etiam aperuit libelli huius p. 50. vbi sequentia leguntur. Ich ka-

*sie in den Krieg wieder ihre Feinde; es seyn die Christen oder die Persia-  
ner, ziehen wollen, sie zuvor einen Triumph halten, ihre Feinde damit zu  
schrecken; also wann der böse Feind merckt, daß ihm Gott einen Ein-  
griff in das menschliche Geschlecht vergünne, so triumphirt er zuvor, nicht  
allein in einem Cometen, sondern auch in andern Zeichen.* Iam mira pri-  
mum mihi res, et vix credibilis visa est, quod vir, qui in academia Al-  
torfina medio saeculo superiore, ab an. nempe CIOIOCXCVI. ad an.  
CICICLVIII. Matheos professorem egit, satanam cometarum di-  
rectorem faciat. Sed mirari desii, postquam in mentem venit, Aristo-  
telicis commentis, de intelligentiis planetarum rectoribus, et opinione  
orbem vniuersum fasciante, de cometis non nisi malorum praenunciis,  
ea etiamnum aetate virum *γνηστος* Aristotelicum, (quem successor, vere  
eclecticus, IO. CHRISTOPH. STURMIVS, multa rectius docere va-  
luisset, speciatim ad vaticinia cometica, et omnem astrologiam iudi-  
ciariam quod attinet) induci potuisse, vt bonas stellas, vti de stella,  
magorum ex oriente duce, expressis verbis adserit, a bonis angelis di-  
rigi; cometas autem, funestas illas, vti credebat, faces, a malis geniis e  
remotissimis fixarum regionibus (nam, quod itidem mireris, cometas  
corpora mundo coaeva statuit) in conspectum terricolarum produci sibi  
persuaserit. Accessit etiam, primamque illam admirationem susstulit ob-  
seruatio, non huncce solum mathematicum Altorfinum, sed et nonnul-  
los insignes polyhistoras atque theologos (opinionis, vti dictum, ex  
philosophia Aristotelica, nondum throno mota, hausto errore) ea et-  
iamnum aetate directioni cometarum praefecisse angelos. Ipse ille Ger-  
maniae Varro ac Plinius, GERARDVS IOANNES VOSSIVS, eo loco,  
vbi data opera de cometis, eorumque motu, agit, nempe *operis de Ido-  
latr. lib. III. cap. IX.* scribere non dubitauit: *Huius motus quia rationem  
ignoramus (nam valde infirmae sunt causae, quas adserunt viri eruditi)  
confugiamus sane, dum certiora se offerant, ad anchoram extremam, vt  
angelico eam ductu fieri credamus.* Atque hanc Vossii sententiam suo  
calculo comprobat eruditissimis ille scriptis inelitus *Ratisbonensium theo-  
logus, IO. HENRICVS VRSINVS, libello, cui titulus: S. Ieremiae vir-  
ga vigilans et olla succensa, occasione terribilis nuper visi cometae, propo-  
sita et illustrata.* Singularem hoc ipso libello proponit atque probare  
fatagit sententiam, quod nempe virga illa vigilans et olla succensa ni-

( 2

hil

*kurz zuvor ebe der Comet a. 1618. erschien, nach Wittenberg, war auch zu Zeiten  
frölich, so wol als andere Studiosi, gien-  
ge auch, da ich zu Diensten kam, frölich  
an meine Amtsverrichtungen, und gedachte  
nicht, daß solcher Comet mich auch*

*treffen sollt. Dancke auch Gott, daß ich  
also durchkomme; doch habe ich an den  
Wunden und Streichen, welche mir  
selbiger Comet in meinen Hauswesen und  
Vermögen geschlagen, noch zu lecken,*

hil aliud quam cometa, in caelo vere tum adparens, fuerit; scribitque inter alia: (c) *Quidquid fuit, quod Ieremias vidit, ab angelis diuina voluntate effectum, motumque fuisse, negari nequit. Sed et stella illa, quae Magis ad Christum praeluxit, quam ex naturalibus principiis productam nulla vetat ratio, non potuit istum in modum moueri et quiescere, nisi angeli ministerio.* Ipse etiam LUTHERVS, si de mente eius ex illa subleuae fidei colloquiorum farragine iudicare fas est, bonos et malos genios nonnumquam meteoris inter se depugnare statuit. En verba ipsa, ceterum a Lutheri ore animoque non abhorrentia, atque prolata occasione chasmatum, quod a. 1610XXXVI. d. XIX. Dec. visum fuerat. (d) *Es ist gar teuflisch, ich halte daß die Tensel haben wollen eine disputation anrichten, und ein Engel hats durchs chasma verkindert, hat ihnen ein Loch durch die propositiones gerissen.*

II. Hinc vero si quis ex arte huiusmodi combinatoria, humano capiti ceruicem pictor equinam iungere qua valet, et varias inducere plumas, nouam effingere velit chimaeam, possit ea hoc modo per ingenii lusum componi. Ignes infernales, damnatis seruati, in ipso sole sunt, vti SWINDENIVS, Anglus, peculiari libro *παράδοξον* hoc effinxit, atque exornauit. (e) Cometae autem, vti fati probabiliter cum ab aliis, tum ab HARTSOEKERO in primis ostenditur, e sole originem ducunt. Rapiat ergo rector auerni ex ipso hoc suo ignito in sole domicilio interdum facem aliquam ardentem, et longo lucidioris fumi tractu horribilem, eaque orbem perterrefaciat. Esset certe hoc commentum concionatoribus superstitionis (quales sunt in ecclesia pontificia, superstitionum magistra, innumeri) valde adcommodatam; neque mathematicis, operam ludere nolentibus, possit displicere: anxio enim et difficili labore cometarum in caelo vias, accessus, recessus, reditus ad calculum reuocandi, immo et vim, qua mouentur, inuestigandi, ipsos absolueret.

III. Attexo obseruationem aliam minutam, in quam nuper demum

(c) *Lib. cit. p. 23. Idem sub finem libri ad quaestionem, an ex asterisynis intra et extra Zodiacum significatio cometarum peti possit, p. 631. sequentia habet: Celebres tamen astrologi fere conueniunt hodie: loca illa imaginum symbolica, eo quod intelligentia cometae relectrix, non ignorarit, elegeritque prae aliis ad cursum cometae consociendum, non vane adsumta fuisse; idque, aiunt, symbolorum interpretes sibi aliisque haud dubie persuadebit.*  
(d) *Lutheri Tischreden edit. Lips. 1700. p. 896.*

(e) SWINDENII liber, Anglice scri-

ptus hoc tit. *An Inquiry into the Nature and Place of Hell*, prodit Londini 1714. 8. Idem recensetur *Act. erud. Lips. 1715. p. 107.* Exstat etiam versio Gallica; nec non Germanica, edita Lipsiae 1731. hoc tit. *Herrn Swindens berühmten Doctoris Theol. in Engelland theologische und historische Betrachtung von der Hölle und Teufel.* Refutatum est hoc *παράδοξον* cum ab aliis, tum praecipue ab HENR. SCHARBAV in *Parergis philologico-theologicis P. IV. p. 183.* vbi exhibentur vindictiae locorum quorundam Scripturae, quae cum noua inferni in solem metat est pugnant.

mum incidi. Scripseram, sub finem superioris programmatis, neminem, quod equidem scirem, cometis assignasse satellites. Id vero 10. CHRISTOPHORVM KOLHANSIVM, Coburgensis, deinde Göttingensis, iterumque Coburgensis Gymnasii professorem, in mathematicis praeclare versatum (qui etiam doctrinam, hodie ferme triumphantem, de cometis omnibus, initio rerum a Deo creatis, amplectitur) quodammodo fecisse, comperi. Edidit enim a. MDCCLXV. scriptum, mirificis vaticiniis astrologicis refertum, atque inscriptum. *Cometa generalis cum speciali, oder Cometen. Koenig, weleher im 1664. und 1665. Jahr am Himmel erschienen, und sich praechtig hat sehen lassen, sambt dem darauf im 1665. Jahr folgenden Cometen und vermuthlich ersten Special-Vortrab, der am Ende des Mertzten und Anfang des Aprils sich auch als ein Held und triumphirender Siegs-Fürst unsern Augen vorgestellt.* Loca, mentem viri vberius exponentia, e libro ipso exscribere superfedeo.

IV. Potius, misso illo imaginario rege cometico cum suo satellite et pedisequo, operae pretium duco, de cometis, omnia alia ab astronomis formata mundi systemata, praeter Newtonianum, si credere fas est, destruentibus, audire auctorem atque interpretem libri elegantissimi, atque inter eruditas aularum delicias hodie censendi, cui titulus: *Le Newtonianisme pour les Dames, ou Entretiens sur la Lumiere, sur les Couleurs, et sur l'Attraction, traduits de l' Italien de Mr. Algarotti, par Mr. du Perron de Castéra. Amst. MDCCLXI.* Adscribo autem non nisi extrema loci prolixioris, nec sine voluptate legendi, cuius initio de cometis dicitur. (f) *Les Cometes sont les ennemis les plus declarés, que les tourbillons ayent dans le Ciel, et il semble en général, qu'elles n'ont été faites, que pour deconcerter les Systemes.* Interposita deinde narratione, quomodo orbes illi solidi in systemate antiquo Ptolemaico a cometis sint destructi, ita loquens inducitur generosa et valde docilis philosophiae Newtonianae alumna: *Si les Cometes, reprit la Marquise, ne sont pas un mauvais augure pour les Têtes couronnées, au moins le sont elles pour les Systemes.* Philosophus respondet: *Ce n'est pas là, Madame, tout le chagrin, qu'elles ont donné au Philosophes. On les a placées au rang des Corps célestes, et dans un rang si sublime elles n'ont jamais pu s'accorder avec la solidité, qu'on prétroit aux Cieux sur la parole d'Aristote. En fin, pour contenter les Cometes si turbulentes, et pour empêcher, qu'elles ne brisassent tout l'Univers, on fut obligé de faire les Cieux fluides, ils se changerent en tourbillons. Pour lors au lieu de s'appaiser, l'animosité des Cometes redoubla, elles s'armerent contre les tourbillons, et detruirent une imagination agréable, qui ne flattoit l'Orgueil humain, qu'au depens de la Verité. Certaines Cometes n'ont fait quel-*

que fois aucune difficulté de traverser toutes les Orbites du Monde planétaire, en venant presque en droiture du haut du tourbillon, jusqu'au Soleil: d'autres ont marché dans un sens contraire aux Cours des Planètes, sans essuyer le moindre retardement dans le premier, ni dans le second cas. S'il y avoit eu pourtant quelque matière, qui tournât au tour du Soleil, et qui tournât avec une rapidité capable d'entraîner les Planètes, qu'on supposoit nager dans ce fluide, on conçoit, que les mouvemens des Comètes auroit du s'affoiblir, et qu'en fin elles auroit cédé à la force du tourbillon: tout de même, que les barques malheureuses et gouvernées par un Pilote imprudent, sont assez souvent entraînées dans les gouffres épouvantables des Fleuves Chinois. En un mot, tout ce qu'il ya de plus contraire aux loix des tourbillons, les Comètes l'ont fait, et le feront sans doute encore, quand l'occasion s'en présentera: ainsi je ne connois point d'autre expédient pour terminer cette guerre, que de détruire les tourbillons mêmes. Voilà l'unique moyen de les dérober aux insultes continuelles, qu'ils reçoivent d'un ennemi si formidable. Hisce autem quid respondeant, qui abhorrentes a vacuo Newtoniano, in quo cometas aequae ac planetas moveri ille vult, vortices caelestes destructos nolint, et constanter tuentur, minime deest; partim etiam ex iis, quae pro defendenda hypothese Hartfoeckeriana publicatis nuper commentationibus sunt allata, patet; neque adeo diutius hisce immorari est necesse.

V. Paucis vero delibare etiam liceat quaestionem, *utrum cometarum in sacra Scriptura fiat mentio?* Atque ad hanc quidem absque haesitatione adfirmando respondebunt, qui forte hypotheses Whistonianas et Heynianas amplectuntur, si nempe non tam de ipso nomine cometae (quamvis et duplex nomen, nempe כִּימָה et כְּסִיל *Amosi V. 8.* sibi reperisse visus sit *pl. reuer.* HEYNIVS (g) quam de re per nomen designata, fermo sit. Nec minus quaestionem adfirmabunt, quibus persuaderi poterit supra laudati insignis theologi, IO. HENR. VRSINI, virgam vigilantem, et ollam succensam, a Ieremia visam, cometam interpretantis, sententia. Hanc vero cum explicationem desiderare credam lectoris harum rerum curiosos, dabo ipsa viri verba, e tractatione longiori hinc inde excerpta. *Viso haec non fuit imaginaria, sed externa, sensibilis, oculis ipsius prophetae et totius populi obiecta. (b) Propheta nempe, cum oculos per caeli plagas circumduxisset, ab aquilonari parte conspexit exorientem cometam, primo caudam suam supra horizontem terris ostendentem: paulo post iterum iussu Dei ad hoc prodigium conuersus*

(g) Versuch einer Betrachtung über die Cometen p. 215. Voces Hebraicas, quae ipsi sunt *Kima* et *Kesil*, rectius, et sacris fontibus conuenientius versio Iudaica huius

loci hoc modo retinet. *Der da machte die (Gestirn) Chimah und Chesil.*

(b) *Lib. cit. p. 9.*



sus ipsum crinitum ignibus corpus, iam in caelum proiectum, supra bo-  
 rizontem spectauit. Figura caudae similis fuit baculo, et quidem amygdala-  
 lino, quod eiusmodi baculi insigne essent, quod gestare solebant in Iudaea  
 principes tribuum et populi iudices, ut colligitur ex Num. XVII. v. 6. 8. At  
 corpus cometae cauum, rotundum, undique ignibus circumdatum, potuit-  
 ne aptius comparari ulli rei, quam ollae feruenti abeneae? (†) Laudat  
 CORNELIVM A LAPIDE, disquisitionem hac de re suam ita conclu-  
 dentem: Haec ergo virga vigilans, ostensa Ieremiae, fuit similis ostento  
 vel portento cometae, qui specie virgae aut gladii adparens, pestem, bel-  
 lum, et vastitatem, quasi index irae Dei, portendit hominibus. Addit-  
 que, se vero statuere, id quod Ieremias vidit, non simile quid cometae,  
 sed omnino cometam fuisse(k). Haec sufficere credo ad sententiam viri  
 eruditissimi plenius cognoscendam: quae, si magnos suffragatores in  
 senatu interpretum sacrorum inuenisset, facile posset triumphare; sed  
 cum his eo ipso tempore fuerit destituta, quo persuasissimi erant omnes,  
 cometas malorum praenuncios esse, cunque haec sententia ex ipsis sa-  
 cris litteris, admissa hac interpretatione, pulcherrime corroborari pos-  
 set: nostro aeno, quo abiecta est antiqua illa opinio de infausis come-  
 tarum praefagiis, vix erunt, qui ei calculum addent. Interim obserua-  
 ui, mentionem huius sententiae fieri in GOTTF. KIRCHII *neuer  
 Himmels-Zeitung*, (l) ita ut probari magis, quam improbari videatur.  
 Porro non defunt, qui peruersos illos planos atque impostores, quos in  
 epistola sua describit apostolus Iudas, et v. 13. vocat ἀσεβεις πλανήτας,  
 non cum veri nominis planetis, sed cum cometis comparari statuunt.  
 In hac sententia LUTHERVS ipse fuisse videtur, licet verborum Iudae  
 expressam mentionem haut faciat, quando ita de cometis pronunciat.(m)  
*Ein Comet will auch ein Stern seyn, der da läuft und nicht basset  
 wie ein Planet, aber er ist ein Spurius unter den Planeten. Ist ein stol-  
 tzer Stern, nimmt den gantzen Himmel ein, thut als wäre er allein da,  
 hat eine Natur und Art, wie die Ketzer, welche wollen auch allein seyn,  
 und für andern stoltziren, meynen, sie seyn allein die Leut, die es ver-  
 stehen.* Pluribus hoc ipsum, quod nempe S. Iudas dicto loco cometam  
 respexerit, probare satagit, superiori programme aliquoties laudatus,  
 IO. GEORG. HAGELGANSIVS in *Architectura sua cosmica*. (n) Co-  
 meta etiam sine dubio animo obuerfatus est IO. REINH. HEDINGERO, et  
*Tubingensibus*, quando ille in sua N. T. editione, atque hi in Bibliis  
 suis, ut vulgato verbo utar, glossatis, Iudae illos ἀσεβεις πλανήτας vo-  
 cant *Irrwische*; quae appellatio in cometas quidem temporarios, hinc  
 plane vagantes, qui dici possunt *himmlische Irrwische*, minime autem in  
 planetas proprie dictos, quadrat.

VI. De-

(†) p. 15. 16 (k) p. 25. (l) Part. II. p. 100. 101. (m) *Colloq. edit. Lipsi: 1700*  
 p. 126. (n) Part. I. p. 306.

ad TP  
374

VI. Denique et quaestionem, num cometæ mentio ab Homero facta fuerit, attingo : cum dignam eam censuerit celeberrimus Athenacis Portensis Rector FRIDER. GOTTH. PREYTAG, quam nuper erudito programmate ita ventilaret, vt negare videatur. Non repeto, quæ pluribus ille exponit, sed addo saltem locum, in laudato programmate haud discussum, quo Iris, a Ioue de caelo extensa, dicitur signum belli, aut tempestatis frigidissimæ, (o)

Ἦτε πορφυρέην ἰρίν θνητοῖσι τανύσση  
Ζεὺς ἐξ ἕρανόθεν, τέρας ἔμμεναι ἢ πολέμοιο,  
Ἡ κῆλ χειμῶνος δυσθαλπέος -

quem locum IAC. FRID. REIMMANNVS de cometa intelligi posse negat, cum Homero longe recentior sit cometarum apud Graecos observatio. (p) Mihi vero contra Homerus nihil aliud quam cometam respexisse, eumque ἰρίν, nuncium, vocasse videtur, siquidem etymologi, et lexica Graeca aequè ac Latina magno consensu vocem ἰρίς ab εἶρω, dico, nuncio, deriuant, et Iris illa minor Homerica, arcus nempe pluuius, speciatim est Iunonis aëriæ nuncia. Quidni igitur hoc loco πορφυρέην ἰρίν, ἢν Ζεὺς ἐξ ἕρανόθεν θνητοῖσι τανύσση, sit, vti et Spondanus ait, Iris non vulgaris, quippe quæ tam graui non portendit, sed maior, cometa nempe in caudam extensus, quem malorum praesagium ab antiquissimis vsque temporibus habitum fuisse, idque hoc ipso Homeri loco confirmari, mihi quidem tam simile vero videtur, quam quod maxime.

VII. Nunc FERILLVSTRES MAECENATES, ILLVSTRES PVBLICAE SALVTIS CVRATORES, EPHOROS GYMNASII VENERANDOS, VARIIS HONORVM AC DIGNITATVM GRADIBVS SPECTABILES MVRSARVM PATRONOS, FAVTORES, CVLTORES, adpello, et qua par est obseruantia, quoue decet, studio rogo atque oro, vt crastina luce, hora octaua matutina, frequentia exoptatissima panegyriam nostram ornare, iuuenesque, quos in cathedra sistam, ab ingenio, industria, et profectibus in optimarum artium studiis omnino commendandos, benigne audire dignentur. Dicent autem,

GEORGIVS HENRICVS GOEPFARTH, GOTHANVS,  
MARTINVS CHRISTOPHORVS BEVTLER, TRIEGLE-  
BIO-GOTHANVS, et

IOANNES AVGVSTINVS MELTZER, GOTHANVS,  
de Nicolai Copernici, de Ioannis Kepleri, de Ioannis Hevelii,  
vita, fati et immortalibus in astronomiam promeritis: atque ita dicent,  
vt, copiosissima dicendi argumenta carptim delibando, grata pluribus breuitate placere nitantur.


(o) *Iliad.*, XVII. v. 547: f. (p) *Iliade post Homerum*, p. 326.

P. P. D. XIII. SEPT. A. CIOIOCCXXXIIII.

40







B.I.G.

Farbkarte #13

ENTVM TERTIVM  
AD  
TATIONES BINAS  
BVS COMETARVM

II p  
374

IVITATIONI  
YRIN SOLLEMNEM  
SVB  
TIONVM ORDINARIARVM  
RIIS CEREALIBVS

T. A. CCCCXXXIII.  
VIII MATVTINA  
ACROATERIO CONSVETO  
LEBRANDAM

ET  
ORATIONES  
NVM EXCITATORVM  
DE  
ERMANIAE ASTRONOMIS

IE AVDIENDAS  
AEMISSVM  
A  
NR. STVSS  
IET, REG. PRVSS. SCIENT. SOC.

ERIS REYHERIANIS.

BIBLIOTHECA  
NICAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)